

**A**lexander magnus quartus et vigesimus  
macedonum rex ultimo Arsani persarū  
regis anno macedonibus regnare cepit  
Et regnauit annis. 12. et mensib⁹. 6. viginti q̄p  
pe erat annorum cum regnare cepisset. Philip-  
po igitur rege vita functo Alexander mox illiri-  
am (quam nūc Sclauonia dicimus) ardenti ani-  
mo subegit. Et romanorū insulas obtinuit: sta-  
timq; cum in Aphricam transfretasset eam totā  
superauit. Deinde Syriaz rebellantē ingressus  
ea depopulata Damascum expugnauit: Sydo-  
nem subegit. Inde hiersalem versus pperās  
ibi iudeorum pontificem veneratus urbem est  
ingressus: iudeis immunitates concessit: inter  
inicia quoq; multas gentes rebellantes compe-  
scuit: orientis nōnullas seditiones extinxit. Qui  
bus rebus erectus tacito gradu in greciam con-  
tendit. Inchoatū deinde a patre perficium bellū  
aggreditur in cuius apparatu occupato: nūncia-  
tur atheniēses Thebanos et Lacedemonios ab  
eo ad Persas defecisse. Quibus motibus oc-  
cursurus tanta celeritate instructo paratoq; exer-  
citū greciam oppressit: ut quem venire non sen-  
serant videre se vix crederent. Et athenienses si-  
cuti pmi defecerunt: ita primi penitere ceperunt  
ibiq; ab anaximene phō placatus immunitates  
pariter et pacem eisdē Atheniēibus dedit. The-  
bas rebellantes mox incendit. Lacedemonios  
subiugauit. Egyp̄um quoq; intravit in quo mi-  
rificam condidit ciuitatem quā ex suo nomine ut  
infra patebit Alexandriam appellauit. Deinde  
cum in persidem pcessisset et darius suam pueri-  
ciā philipēderet. Auditā legatione matris Oli-  
piadis que grauiter infirmabatur Makedoniaz  
repetit in quo reditu dum ex asya in minorē asi-  
am p Hellepon̄um trāiceret phrigiaz supauit  
Makedoniā pueniens matrem conualecentē  
inuenit. Alexander igitur reintegrato exercitu.  
Cum omnes regiones circa euphratē suo adie-  
cisset imperio ponte facto euphratē transiuit. et  
Persipolim appropinquauit. In qua darius p-  
sarū rex morabatur. In exercitu eius fuerre pe-  
ditum triginta duo milia: equitum quatuor mi-  
lia quingēti: naues centum. lxxxij. hac tam par-  
ua manu vniuersum terrarum orbētrum sit ad  
mirabilius vicerit. An egredi ausus fuerit incer-  
tum est. Cum ad tam pīculosuz bellum exercitus  
legerit non iuvenes robustos: nec pīmo flore eta-  
tis sed veteranos plerosq; etiam emerite militie  
qui cum patre patruisq; militauerant elegit: ut  
non tam milites q̄z magros militie electos puta-  
res. Ordines quoq; nemo nisi sexagenari⁹ di-  
xit: ut pīcipia castrorum quasi senat⁹ reipubili-  
ce videretur. Itaq; nemo in pīlio fugaz sed victo-  
riam cogitauit. Contra rex psarum darius fidu-  
cia viriū nil astringere affirmās suis occulta cō-  
siliavictorie furtive cōuenire. In acie psarū ser-  
cēta milia militū fuere. Que non min⁹ arte alex-  
andri q̄z virtute macedonū superata terga verte-  
runt. Post victoriā maior pars asye ad eū de-  
fecit. Deinde nūciatur darius cū ingenti exerci-  
tu aduentare itaq; timēs anḡstias magna tele-  
ritate thaurū transcēdit: et ad Tarsum urbē per-  
nuit ubi infirmitate grauat⁹ quieruit. Interrea

Darius cum tricentis milibus peditū et centū  
milibus equitū in aciem pcedit. Alexander cō  
ualescēs exercitum in hostem duxit: post hec pli-  
um ingentibus animis committit. In eo vter-  
q; rex vulnerat tamdiu certamen anceps fuit q̄  
ad fugeret Dari⁹. Exinde cedes psarum secuta  
est. Cesa sunt peditum sexaginta vnum miliae:  
quintum decem milia: capta quadraginta milia.  
Ex macedonib⁹ cecidere pedestres. c xix. equi-  
tes. cl. in castris psarum multum auri ceterarū  
q; opum inuentum. Inter captiūs castrorū ma-  
ter et vxor eademq; soror et filie due Darij fuere  
Post hec opes darij diuiciarūq; apparatus cō  
templatus: admiratione tantarum rerum capit  
et tunc bersanez captiuam diligere ppter forme  
pulchritudinem cepit. A qua postea suscepit  
puerum herculem vocauit. Darius cum babilo-  
niam pfugisset pro redimendis captiūs alexan-  
dro magnam pecuniam pollicet: qui non pecu-  
niam sed regnū petit. Tum spe patis amissa bel-  
lum Darius reparat quadringetus milibus pe-  
ditum et centum milibus equitum obuiam va-  
dit alexandro. post hec prelium committit Ma-  
cedones in ferrum cum contemptu totiēs a se vi-  
cti hostis ruebant: econtra perse mori q̄z vinci p̄  
optabant. Raro enim vlo pīlio tantum sangu-  
inis fusum est. Darius cuz vinci suos videret vo-  
luit mori et ipse: sed a pīmis fugere compulsus  
est. Hoc pīlio asye impiū rapuit: cuius tanta fuit  
felicitas ut post hec nemo rebellare etiam ausus  
fuit. Expugnat et psipolim caput persici regni  
Darius a cognatis suis captus in gratiaz vi-  
ctoris aureis compedibus vincitur: deinde mul-  
tis vulneribus confossus interit. Et sic psarum  
regnum finem accepit cum regnatum fuit lb. 14  
regibus annis. 254. Post hircaniam mardosq;  
subegit: ibi concurrit ei amazonum regina cum  
ccc. milibus mulieribus. Post hec indias peti-  
vbi porrus rex capitur et regno indorum poti-  
tus est. Tandem cu in babyloniam rediſset ml-  
tis diebus ocio deditus: accepto poculo media  
potione repente veluti telo confixus ingemuit:  
p Cassandra antipatris filium datur venenū  
Eius tanta vis fuit ut non ere non ferro: nō te-  
sta contineref nec aliter ferri nisi in vngula equi  
potuerit. Quarto die indubitam sentiēs mor-  
tem agnoscere se fatum maiorum suorū ait. Ad  
postremum corpus suum in hāmontis templo  
condi iubet. Cum quereret quem imperij face-  
ret heredem respondit dignissimum. sexto die  
pīclusa voce exemptum digito annulum perdu-  
ce tradidit. Recessit alexander: mense vno. annos  
tres et. xxx. natus. vir sup̄ humanam potentias  
animi magnitudine preditus.

